- Completely Partially Not at all
- II.4. I am able to use adjectives as per the Gender, Number and Case of Nouns.
- Completely Partially Not at all
- II.5 I am able to speak and write on the virtue of love.
- Completely Partially Not at all

De Auctore**LECTIO - 4**

Paulus apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim apostolorum, de tribu Benjamin et oppido Iudaeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit. A quibus ob studia legis missus Hierosolymam, a Gamaliele viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, et acceptis a pontifice templi epistulis ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem quae in Actis apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est.

Secundo Neronis eo tempore quo Festus procurator Iudaeae successit Felici, Romam vinctus mittitur et, biennium in libera manens custodia, adversum Iudaeos de adventu Christi cotidie disputavit. Ter virgis caesus est, semel lapidatus est, ter naufragium pertulit pro Christi nomine. Et hic ergo, quarto decimo Neronis anno Romae pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via Ostiensi anno post passionem Domini tricesimo septimo. Egregius doctor, praedicator veritatis scripsit autem plures ad septem ecclesias epistulas: *Ad Romanos* unam, *Ad Corinthios* duas, *Ad Galatas* unam, *Ad Ephesios* unam, *Ad Philippenses* unam, *Ad Colossenses* unam, *Ad Thessalonicenses* duas, praeterea ad discipulos suos, *Timotheo* duas, *Tito* unam, *Philemoni* unam.

LECTIO – 5

Historia poematis “Adeste Fideles” adumbrata erat in mysteriis multis annis. Temporibus variis, versus attributi sunt auctoribus variis. Inter tales auctores est 13 c. doctus Italianus S. Bonaventura. Tamquam, anno 1946, novum manuscriptum hujus poematis in lingua Latina repertum est et ab hoc tempore attributum est Joanni Francisco Wade. Secundum librum Dom Joannes Stepheni **Adeste Fideles**, Joannes Franciscus Wade, qui natus erat circa 1711 in Anglia scripsit verba et musicam hujus cantus circa 1743. Joannes Franciscus Wade, laicus Catholicus timens religiosam persecutionem in Anglia fugit consequenter migravit in Douai (Douay), France.

LECTIO - 6

PAULUS LENTAPARAMBIL S.I. est unus ex poetis maximis linguae Latinae in India. Natus est 8 Ianuarii 1910 in Chellanam in districtu Ernakulam. Finitis studiis in schola in Cochín, per formationem ad presbyteratum ab anno 1928 ad 1936 studuit linguae latinae. Quando persequeretur studia rhetoricae in 1930 tantum fascinatus est operibus poetarum Romanorum sicut Virgilius, Ovid, Horatius et alii, ut libidinem in scribendo aliquos versus eos imitando habuit. Receptit autem primam recognitionem ut poeta linguae latinae quando publicatus est carmen ejus 'Abilius Neves' in 1934 de Archi-episcopo Cocinense admodum reverendum doctor Abilius Neves. Hi versus sunt in hexametro duplici acrostico. Hoc carmen tam benigne recepta est apud vires litteratos linguae latinae ut animam addidit poetae ad continuandum versus latinos scribere. Fuit professor linguae latinae in Collegio Sancti Iosephi in urbe Bangalore ab anno 1940 ad annum 1945. Ex carminibus ejus duo merentur specialem mentionem.

Primum, titulum *Arbiter Pacis* 32 lineas continet in metro heroico, scriptum est pro Nativitate 1944, in culmine belli mundi secundi, exprimendo spem ut neonatus princeps pacis, qui omnibus bonae voluntatis pacem promiserit, terminet bellum et restauret pacem. Est poema potentissimum, affectu devotioneque plenum, commovens cordia legentium.

Alterum, *Curlia Dulcis*, est Carmen perlongum, continens 32 strophos saphicos, quod narrat fabulam duarum canum deliciarum in collegio Jesuitarum (Jesuit Training College) in urbe Calicutense, ubi poeta ministravit ut professor linguae latinae per aliquot annos. Tota narratio plena est humore et facetitia. Poeta imaginat canes possidere dotes humanas, ad scaenam componendo pugnam canum et trahendo ex narratione plurimos documenta moralia. Certo hoc est Pauli Lentaparambil magnum opus quod meretur locum inter opera classica litteraturae mundi.

Paulus Lentaparambil, simul cum aliis viribus eruditis in lingua latina, partes significantes egit in vertendo ex lingua latina in linguam anglicam, *Hortus Malabaricus*, una descriptio (septuadecimi saeculi) plantarum medicinalium Malabarensium. Publicatus est liber anno 2003 sub directione doctoris K.S. Manilal.

UNIT



TERTIA PARS CREATIONIS CORONA ET CUSTOS SAPIENS

Introductio:

Cuncta a Deo facta sunt valde bona. Homo est co-creator, servus fidelis ut terram custodiat. Ratione sagaci vivere eum decet.

Fines discendi desiderati:

- III.1 Gratias agere creatori propter creaturas et diligenter operari et vigilans fideliter terram tueri potest discipulus.
- III.2 In urbe ambulare et appellatis nominibus respicere arbores veteres potest quae vitae nostrae sunt testes .
- III.3 Sapientiam et disciplinam quaerere et diligere potest. Et nomen nostrum oblivioni tradetur per tempus, et nemo memoriam habebit operum nostrorum.

Introit:

Discite vocabularium botanicum et appella nominibus arbores
circumstantiales .

LECTIO

7

CANTUS ORBIS

De Lectione:

Sancti Francisci non tantum in Canticum Creaturarum lyrice expressas admiramur sed istae in tota ejus vita splendescunt. Similis trobadori, jucundus et lepidus, poeta, cantorque erat. Avibus et animalibus sicut amicis loquebatur et naturam amabat. Inerat namque, iuvenis Francisci praecordiis indita quaedam ad pauperes miseratio liberalis. Cor ipsius benignitate et amore omnium creaturarum repletum fuerat.



Laudatus sis, mi Domine, cum universa creatura tua,
principaliter cum domino fratre sole, qui est dies, et illumines
nos per ipsum.

Et ipse est pulcher et
irradians magno
splendore; de te,
Altissime, profert
significationem.



Laudatus sis, mi
Domine, propter
sororem lunam et
stellas, quas in caelo
creasti claras et pretiosas et bellas.

Laudatus sis, mi Domine, propter fratrem ventum et propter
aerem et nubes et serenitatem et omne tempus, per quod das
tuis creaturis alimentum.

Laudatus sis, mi Domine, propter sororem aquam, quae est
perutilis et humilis et pretiosa et casta.

Laudatus sis, mi Domine, propter fratrem ignem, per quem
noctem illuminas, et ipse est pulcher et iucundus et robustus et
fortis.

Laudatus sis, mi Domine, propter sororem nostrum matrem
terram, quae nos sustentat et gubernat, et producit diversos
fructus cum coloratis floribus et herba.

Laudatus sis, mi Domine, propter illos, qui dimittunt propter

tuum amorem, et sustinent infirmitatem et tribulationem.

Beati illi, qui ea sustinebunt in pace, quia a te, Altissime, coronabuntur.

Laudatus sis, mi Domine, propter sororem mortem corporalem, quam nullus homo vivens potest evadere.

Beati illi, quos reperiet in tuis sanctissimis voluntatibus.

Laudate et benedicite Dominum meum, gratias agite et servite illi magna humilitate.

VOCABULARIUM

VERBA

Laudare - to praise; laudo, laudas, laudavi, laudatum,

Sis (subjunctive present tense) may you be

illuminare - to shine upon, to illuminate; Illumino, illuminas, illuminavi, illuminatum

Proferre - to offer

Profero, profers, protuli, prolatum

Reperire – to find

Reperio, reperis, , repperi, repertum

dimittere - to send forth,

Dimitto, dimittis, dimisi, dimissum

producere - to produce

produco, producis, produxi, productum,

benedicere - to bless

Benedico, benedicis, benedixi, benedictum

Evadere– to go forth, to escape

Evado, evadis, evasi, evasum

Coronabuntur (passive, future) – will be crowned

Sustinere – to endure

Sustineo, sustines, sustinui, sustentum

Agere – to do, to act

Ago, agis, egi, actum

gubernare – to govern

Guberno, gubernas, gubernavi, gubernatum

Sustentare – to sustain

Sustento, sustentas, sustentavi, sustentatum

ADVERBIUM

Principaliter- Above all, chiefly

NOMINA

Splendor, splendoris (m.) - splendor

Frater, fratris (m) -brother

Ventus, venti (m.) - the wind

Aer, aeris (m.) - the air

Nubes, nubis (f.) - cloud

Fructus, Fructus (m.) - Fruit

Creatura,

Creaturae (f) – Creature

Flos, floris (m.) -Flower

Herba, herbae (f.) -herb, grass

Infirmitas, infirmitatis (f.) - weakness, infirmity

Tribulatio, tribulationis (f.) - Suffering

Serenitas, serinitatis (f.)- Serenity

Alimentum, alimenti (n.) - food

Soror, Sororis (f.) - Sister

Ignis, Ignis (m.) - Fire

Cantus, Cantus (m.) - hymn, canticle

Orbis, Orbis (m.) - World, Universe

Pax, pacis (f.) – peace

voluntas, voluntatis (f.) - will

Humilitas, humilitatis (f.) - humility

Significatio, significationis (f.) – meaning

PRAEPOSITIO

Propter – Because of

ADJECTIVI

Universus, universa, universum – universal, all

Vivens, viventis– living

Irradians,

irradiantis– radiant

Pretiosus, pretiosa, pretiosum – precious

Bellus, bella, bellum beautiful

Corporalis, corporale – bodily

Nullus, nulla, nullum – not any

Iucundus, iucunda, iucundum

Robustus, robusta, robustum - strong

Perutilis, perutile – very useful

Humilis, humile– humble

Sanctissimus, sanctissima, sanctissimum – most holy

Castus, casta, castum– chaste

Subjunctivus Praesens de 'Esse'

Sim – I may be
Sis- You May be
Sit- He/She/It May be
Simus- We may be
Sitis- You (pl.) may be
Sint-They may be

Agite (Imperativus Secundus Persona pl.) de
'Agere'

Gratias Agite – Give thanks

AGENDA

I. Respondeas:

1. Quid facit frater sol?
2. De quo profert significationem sol?
3. Quae sunt clarae et pretiosae et bellae?
4. Qui coroanabuntur?
5. Quid facit mater terra?
6. Laudatne poeta Dominum vel creaturas?
7. Propter quas dominum laudat Franciscus?

II. Repleas forma accurata:

- a. Beati illi qui et sustinebunt in pace (infirmitas, tribulatio).
- b. Nullus homo vivens potest evadere..... (mors).
- c. Gratias agite et servite (ille).

III. Redde Latine utens verbis datis :

- a. E.g. Friend, may you be well. Amice, sanus sis.
- b. May they be blessed. (benedictus)

- c. May she be happy. (laetus)
 - d. May we be fortunate.(fortunam habere)
- IV. Redde Anglice:
- a. Laudatus sis, mi Domine.
 - b. De Altissimo, profert significationem sol.
 - c. Lunam et stellas in caelo creavit claras et pretiosas et bellas.
 - d. Dat creaturis alimentum dominus.
 - e. Nostra mater terra nos sustentat et gubernat.
- V. Scribe verba Latina e quibus derivantur verba anglica insequentia:
E.g. Lauds - Laus, Laudis (Praise)
 Domination, Sororal, Sorority, Sustenance, Product, Diverse,
 Infructuous, Floral, Herbal, Infirmary, Tribulation, Pacify, Mortal,
 Corporal, Evade, Evasion, Humility.
- VI. Scribe paragraphum gratias agens pro mundo pulchro.

Esse

The auxiliary 'esse' to be has suppletive forms :

- ♦ *present stem: es-, s-;*
- ♦ *perfect stem: fu-;*
- ♦ *participial stem: fut-.*

Present Indicative	Imperfect Indicative	Future Indicative	Perfect Indicative
sum	eram	ero	fui
es	eras	eris	fuisti
est	erat	erit	fuit
sumus	eramus	erimus	fuimus
estis	eratis	eritis	fuistis
sunt	erant	erunt	fuerunt



<i>Pluperfect Indicative</i>	<i>Future Perfect Indicative</i>	<i>Present Subjunctive</i>	<i>Present Subjunctive (suppletive older forms)</i>
fueram	fueo	sim	fuam
fueras	fueris	sis	fuas
fuerat	fuerit	sit	fuat
fueramus	fuerimus	simus
fueratis	fueritis	sitis
fuerant	fuerint	sint	fuant

<i>Imperfect Subjunctive</i>	<i>Perfect Subjunctive</i>	<i>pluperfect Subjunctive</i>	<i>Present Infinitive</i>
essem	fuerim	fuissem	esse
esses	fueris	fuissets	<i>Perfect Infinitive</i>
esset	fuerit	fuisset	
essemus	fuerimus	fuissemus	fuisse
essetis	fueritis	fuissetis	
essent	fuerint	fuisissent	

<i>Present Imperative</i>	<i>Future Imperative</i>	<i>Present Participle</i>	<i>Future Infinitive</i>
..... es! esto	ens, entis	futurus, a, um esse fore (<i>old form</i>)
.....	esto	<i>Furure Participle</i>	<i>Basic forms</i>
este!	estote	futurus, futura, futurum	sum, fui, futurus, esse

U
N
I
T

III



List of Derivatives:

absum, abfui, abesse	be away, be absent
adsum, adfui, adesse	be present
desum, defui, deesse	be wanting, lack
insum, —, inesse	be there, be in
intersum, interfui, interesse	be in the midst, be present
obsum, obfui, obesse	be a nuisance to, tell against
possum, potui, posse	be able, can <i>The verb posse is derived from the adjective potis (pot-) powerful, mighty and the stems of esse; cf: possum < potsum, potui < potfui, posse < potlesse.</i>
praesum, praefui, praesesse	be at the head of; be present
prosum, profui, prodesse	be useful <i>The verb prosum is formed with the prefix pro-, which appears in its older form prod- before all forms of esse, beginning with a vowel, pres. ind. podes, podest, podestis; impf. ind. poderam, poderas etc.; fut. ind. podero, poderis etc.</i>
subsum, —, subesse	be underneath
supersum, superfui, superesse	be left over, be in excess, survive

LECTIO 8

IN MEMORIAM ARBORIS

De Lectione:

In atrio domus arboris recordata est puella folium videns preservatum in commentario suo. Fideli et patienti arbori succensurae valedicit puella lachrymosa. Attamen spe, solatio, et fortitudine domo proficiscitur.



Solum folium in commentario habeo

In mememoriam amantissimae in domo.

Clamantes diliculo aves concinunt

Fingunt apes favos,

Ova alba in excelsis

Splendore nitent in nidis;

In umbraculo meridiano

*Pueri puellaeque ludent ac saltant;
Senes tranquillam quietem capiunt.*

*Stabam tres et triginta annos
In silentia vitam agebat beatam
Dilexi vos et pro vobis vixeram.
Ventum vel fulmen non timeo
De frigore vel calore non queror;
Omni contumelia inquinata
Cresco, floreo, fructus fero:
Non servio lucifero,
Omnipotens est creator .*


*Arbor alma, perfrui deliciarum torrente
Quam magna multitudo dulcedinis
Ineffabili nobis benignitate
Largita es munera.*

*Funes, serras, falces et secures
Nocte in somno vidi :
In coelis arma increperunt,
Nimbi quadrigae tonant fragore
Fulgur gladio pugnat,
Pluviae descensoriae invadunt.*

*Cor loquitur : Succidetur - non erit,
Pavor animam meam occupat;
Descedere oportet a domo
Dolor mihi est familiam*



*Et derelinquere almam
Heu ! Redeuns non te inveniam
Vacua, deserta, sicca tellus
Ubi stabat una prospera.
Enimvero seram alamque alteram,
Ipsa mater fuero.
Alma, amata, admirata,*



*Illustre exemplum patientiae
Salus humani generis in ligno
Totius mundi tollitur offensa,
Unde mors orietur,
Inde vita resurgat,
In ligno crucis victoria.*

*Audio vocem dulcem : Cessa !
Sana sis filia, forti animo esto
Sapore suavitatis te satiasti.*

*Possem prospicere in longinquum,
Viderem te venientem procul
Redituram filiam esse spero;
Filia mea dilecta,
Presto tibi prosperum iter.*

In Memoriam : A Latin phrase meaning in memory of, often used in obituaries, epitaphs and on gravestones.

English words from Latin *memor*, “mindful, remembering,” include: *memory, memorable, immemorable, immemorial, memorize, commemorate, and commemoration*

I. Respondeas:

1. Quomodo recordatur puella arboris domus suae ?
2. Quomodo diluculo somno suscitatur puella ?
3. Quid faciunt apes ?
4. Ubi sunt ova alba ?
5. Quid faciunt senes meridie ?
6. Quot annos est arbor nata?
7. Quid vidit in somno puella?
8. Cur territa est puella ?
9. Quae succidetur ?
10. Cur oportet valedicere puella et decedere ?
11. Quid consilii habet puella, arbore succisa ?
12. Quomodo est arbor illustre exemplum patientiae ?
13. Quid significant “Unde mors orietur, inde vita resurgat” ?
14. Quid dicit vox dulcis filiae valedicenti ?
15. Quid accidit cum puella arborem osculata est?

Arbores Indiae

- Mango Tree - *Magnifera indica*
- Coconut, Nariyal - *Cocos nucifera*
- Indian Gooseberry, Amla - *Emblica officinalis*
- Flame of the Forest, Palash - *Butea monosperma*



**Indian Laburnum,
Amaltas**

- *Cassia fistula*



**Indian Devil tree,
Ezhilam Pala**

- *Alstonia scholaris*



Flamboyant Poinciana,




**Indian coral tree,
Gulmohar
Mandar**

- *Delonix regia*
- *Erythrina variegata*




**Asoka,
Ashok - *Saraca indica*
Tamarind, Imli - *Tamarindus indica*
Sandalwood, Chandan - *Santalum album***



- | | |
|-----------------------------------|-----------------------------------|
| Magnolia, Himalayan Champa | - <i>Magnolia grandiflora</i> |
| Margosa Tree, Neem | - <i>Azadirachta indica</i> |
| Jackfruit, Kathal | - <i>Artocarpus heterophyllus</i> |
| Banyan Tree, Peepal | - <i>Ficus religiosa</i> |
| Banana, Kela | - <i>Musa x paradisiaca</i> |
| Black Mulberry, Shehtut | - <i>Morus nigra</i> |



- | | |
|-------------------------------|----------------------------------|
| Bottle Brush | - <i>Callistemon lanceolatus</i> |
| Eucalyptus, Safeda | - <i>Eucalyptus</i> |
| Java Plum, Jamun | - <i>Syzygium cumini</i> |
| Himalyan Cedar, Deodar | - <i>Cedrus deodara</i> |
| Pine, Chir | - <i>Pinus roxburghii</i> |



- Cadamba tree, Kadamba - *anthocaphalus cadamba*
- Lemon, Nimbu - *Citrus limon*
- Butter tree, Mahua - *Madhuca indica*
- Teak, Sagwan - *Tectona grandis*
- Betel Nut Tree, Supari - *Areca catechu*
- Date palm, khajur - *Phoenix dactylifera*



- Champa - *Plumeria*



- Nutmeg tree - *Myristica fragrans*





- | | | |
|--------------------------|---|-------------------------------|
| Palmyra Palm, Tar | - | <i>Borassus flabellifer</i> |
| Cashew Nut, Kaju | - | <i>Anacardium occidentale</i> |
| Papaya, papita | - | <i>Corica papaya</i> |



- | | | |
|--------------------------------|---|--------------------------|
| Walnut, Akhrot | - | <i>Juglans regia</i> |
| Guava, Amrood | - | <i>Psidium guajava</i> |
| Pomegranate, anar | - | <i>Punice granatum</i> |
| Mandarin Orange, Santra | - | <i>Citrus reticulata</i> |



- | | | |
|----------------------|---|--------------------------|
| Golden Bamboo | - | <i>Bamboosa vulgaris</i> |
| Sunehara Bans | - | |

AGENDA

- I. Redde Anglice quinque ex septem : (E.g. Musa x paradisiaca – Banana)

Sl.No	Scientificum Nomen	Common Name
1	Anacardium occidentale	
2	Myristica fragrans	
3	Tectona grandis	
4	Artocarpus heterophyllus	
5	Cocos nucifera	
6	Juglans regia	
7	Cassia fistula	

- II. Inveni facta de libro : Hortus Indicus Malabaricus :contins regni Malabarici apud Indos cereberrimi omnis generis plantas rariores.

- III. Vide internexu : Arbor Alma The Giving Tree

<http://vimeo.com/58225784>

Interrogative Pronouns, Nominative Singular and Plural

Quis (m./f.) hoc ignorat?	Who does not know this?
Qui (m.) hoc ignorant?	Who (m.) do not know this?
Quae (f.) hoc ignorant?	Who (f.) do not know this?
Quid hoc ignorat?	What does not know this?
Quae hoc ignorant?	What [things] do not know this?

Interrogative Adjectives, Nominative Singular and Plural

Qui vir hoc ignorat?	What man does not know this?
Qui viri hoc ignorant?	Which men do not know this?
Quae femina hoc ignorat?	Which woman does not know this?
Quae feminae hoc ignorant?	Which women do not know this?
Quod animal hoc ignorat?	Which animal does not know this?
Quae animalia hoc ignorant?	Which animals do not know this?

Interrogative Pronouns, Genitive Singular and Plural

Cuius dominus hoc ignorat?	Whose (m/f/n) master does not know this? <i>[Cuius can be any gender]</i>
Quorum domini hoc ignorant?	Whose (m/n) masters do not know this?
Cuius mater hoc ignorat?	Whose (m/f/n) mother does not know this?
Quarum matres hoc ignorant?	Whose (f. pl.) mothers do not know this?

Interrogative Adjectives, Genitive Singular and Plural

Cuius pueri pater hoc ignorat?	Which boy's father does not know this?
Quorum puerorum patres hoc ignorant?	Which boys' fathers do not know this?
Cuius puellae mater hoc ignorat?	Which girl's mother does not know this?
Quarum puellarum matres hoc ignorant?	Which girls' mothers do not know this?
Cuius regni rex hoc ignorat?	Which kingdom's king does not know this?
Quorum regnorum reges hoc ignorant?	Which kingdoms' kings do not know this?

Interrogative Pronouns, Dative Singular and Plural

Cui hoc dabo?	To whom/what will I give this?
Quibus hoc dabo?	To whom/what (pl.) will I give this?

Interrogative Adjectives, Dative Singular and Plural

Cui puero hoc dabo?	To which boy will I give this?
Quibus pueris hoc dabo?	To which boys will I give this?
Cui puellae hoc dabo?	To which girl will I give this?
Quibus puellis hoc dabo?	To which girls will I give this?
Cui animali hoc dabo?	To which animal will I give this?
Quibus animalibus hoc dabo?	To which animals will I give this?

Interrogative Pronouns, Accusative Singular and Plural

Quem vides? (m/f)	Whom do you see? (m/f)
Quos vides?	Whom (m. pl.) do you see?
Quas vides?	Whom (f. pl.) do you see?
Quid vides?	What do you see?
Quae vides?	Which (n. pl.) do you see?

Interrogative Adjectives, Accusative Singular and Plural

Quem virum vides?	Which man do you see?
Quos viros vides?	Which men do you see?
Quam feminam vides?	Which woman do you see?
Quas feminas vides?	Which women do you see?
Quod animal vides?	Which animal do you see?
Quae animalia vides?	Which animals do you see?

Interrogative Pronouns, Ablative Singular and Plural

A quo visa est?	By whom has she been seen? (m/f) By what has she been seen?
A quibus visa est?	By whom (pl.) has she been seen? By what (pl.) has she been seen?

Interrogative Adjectives, Ablative Singular and Plural

A quo viro visa est?	By which man has she been seen?
A quibus viris visa est?	By which men has she been seen?
A qua femina visa est?	By which woman has she been seen?
A quibus feminis visa est?	By which women has she been seen?
A quo animali visa est?	By what animal has she been seen?
A quibus animalibus visa est?	By which animals has she been seen?

LECTIO 9

ULTIMA DIE SCHOLAE

De Lectione:

‘Ultima die Scholae’ scena una dramatica constituta est in scholae refectorio. Gaudio cantant ‘Gaudeamus Igitur’ discipuli et discipulae. Postea colloquuntur de sapientia ducente ad beatitudinem.



(Dramatis personae : Discipuli Johannes et Josephus juvenes, discipulae Angela et Lucia)

(Pueri et puellae in refectorio cantant.)

**Gaudeamus igitur,
Juvenes dum sumus;
Post icundam iuventutem,
Post molestim senectutem
Nos habebit humus.**

**Vita nostra brevis est,
Brevi finietur;
Venit mors velociter,
Rapit nos atrociter;
Nemini parcetur.**



(Johannes et Josephus sedent in refectorio.)

- Johannes** : Libris valedico .
Josephus : Libri sunt optimi magistri.
Johannes : Vale magistris dico.
Josephus : Magistri autem sunt libri ex quibus vitam discimus.
Johannes : Quam multae horae studiorum !
Josephus : Horae studiosae erant utilissimae. Studium pueris commendatissimum esse debet. Nonne est diligentia ? Diligentiam coronat victoria.
Johannes : Rem acu tetigisti. Nec mirum est, quia ego sum diligens.
Josephus : Sed propria laus sordet. Quid ita festum incedis ?
Johannes : Quia longinqua e pregrinatione rediit pater.
Josephus : Unde ?
Johannes : Phylarchia Arabia Unita.
Josephus : Quid pater valetne ?

- Johannes** : Recte dei beneficio.
- Josephus** : Equidem gaudeo plurimum tua et ejus causa, quod salvus peregre redierit. Pater meus etiam rediit.
- Johannes** : Quando ?
- Josephus** : Die lunae, vesperi.
- Johannes** : Annon tibi adventus ejus molestus fuit ?
- Josephus** : Quid molestus ?
- Johannes** : Imo vero jucundissimus. Sed cur illud rogas ?
- Josephus** : Quia fortasse illo absente tibi potestas est liberius vivendi.
- Johannes** : Nescio, quam mihi libertatem narres.
- Josephus** : Ludendi et cursitandi.
- Johannes** : An ergo putas me aliter vivere absente patre quam ex praesente ?
- Josephus** : Ludo, cum tempus vacat; non discuro, sed cum bona matris venia in publicum prodeo, cum aliquid habeo negotii.
- Johannes** : Etiamne matri tantopere subditus es ?
- Josephus** : Aequae ac patri. Quid enim putas ?
Nonne utroque aequale est, Dei praeceptum ?
Honora, inquit, patrem et matrem.
- Johannes** : Novi ego ista, et quae dicisti placent mihi omnia.
Nemo potest beatus esse sine virtute.

(Lucia et Angela introeunt)

- Josephus** : Salvae et sanae veniatis.
- Lucia et Angela** : Salutatio
- Johannes** : Sedete et caffeum bibite.
- Angela** : Es benignus hodie.

- Josephus** : Non sit porrecta manus tua ad accipiendum et ad dandum collecta.
- Lucia** : Amici fideles estis duo.
- Johannes** : Amicus fidelis protectio fortis; qui autem invenit illum, invenit thesaurum.
- Angela** : Amico fideli nulla est comparatio. Amicus fidelis medicamentum vitae.
- Josephus** : Sunt comites qui dicunt esse amicos sed malum intendunt in corde et volunt nos incidere in foveam.
- Lucia** : Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet, et qui foveam fodit, incidet in foveam. In amicitia nihil fictu.
- Johannes** : Qui statuit lapidem proximo, offendet in eo et, qui laqueum alii ponit, capietur in illo.
- Lucia** : Amoris simulatio pejor est odio.
- Johannes** : Turpe est aliud loqui, aliud sentire. In amicitia nihil fictus est, nihil simulatum.
- Angela** : Ex multis millibus unus amicus; vix fidus amicus; hic rarius esse solet albo corvo.
- Josephus** : Sentio non omnes angelas esse in coelo quia aliquot ...
- Lucia** : Angelae sunt in terra ; (demonstrat Angelam) ecce unam!
- Angela** : Studebamus in hac schola septem vel octo annos omnes ad unum.
- Lucia** : Nomen nostrum oblivioni tradetur per tempus.
- Josephus** : Et nemo memoriam habebit operum nostrorum;
- Johannes** : Et cessationes ab opera non obliviscar. Transibit vita nostra tamquam vestigium nubis.
- Angela** : Sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a radiis solis.

Lucia : Hebdomada postrema, Parabolas Salomonis legebam.

Johannes : Invenisti quod novi ?

Lucia : Agitur de sapientia in hoc libro.

Johannes et Josephus : Ecce sedes sapientiae.

Angela : Fons, profunde verba gravia.

Josephus : Angela, sapientia tua est a Lucia.

Angela : Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit.

Lucia : Filius vel filia sapiens laetificat patrem.

Duae sunt virtutes, quae prae reliquis, ut audivi, ornant juvenes. Nostine eas, ...?

Johannes : Non novi eas, scire tamen velim.

Lucia : Prima est obedientia.

Johannes : Hanc bene novi.

Josephus : Quidam praestet obedientia ?

Lucia : Frangit animi pertinaciam et pueros reddit in omnibus morigeros.

Angela : O praeclaram virtutem, meoque fratri, parum obsequenti, admodum necessarium.

Johannes : Adde et mihi ipsi.

Lucia : Obedientiam felicitatis matrem magno semper in pretio habeamus.

Quae est secunda virtus, pueros prae reliquis ornans ?

Josephus : Amor veri.

Angela : Quid efficit ille ?

Lucia : Obstat mentiendi proclivitati, mentemque reddit serenam et sinceram.

Johannes : Studebimus huic virtuti : audivimus enim mendacium esse ex diabolo.

Lucia : Recte meministi : nam diabolus est pater mendaciorum.

- Angela** : O quam multos filios habet hic pater ?
- Josephus** : Vitabimus hoc vitium. In amicitia quidquid est, id est verum.
Non mentior, memor illius sacri dicti : Os, quod mentitur, occidit amorem.
- Johannes** : Dic quomodo simus sapientes.
- Lucia** : Si inclinaveris aurem tuam excipies doctrinam et si dilexeris audire sapiens eris.
In multitudine presbyterorum et magistrorum sta et sapientiae illorum ex corde coniunge, proverbialiter intellectus non effugiant a te et gradus ostiorum illorum exerat pes tuus.
- Josephus** : Melior est puer sapiens quam sene stulto. Aetas non est aequalis sapientiae. Saepe in antiquis non est sapientia et in multo tempore abest prudentia.
- Johannes** : Si filius vero stultus ...
- Lucia** : Vel filia stulta, maestitia est matris suae.
- Angela** : Aliquot liberi contemnant cum senuerunt parentes.
- Lucia** : Honora patrem tuum et matrem tuam ne obliviscaris.
- Johannes** : Nisi per illos, natus non fuisses; et quid retribues illis?
Beneficii accepti memor esto.
- Josephus** : Habeo amicos qui prius respondent quam audient.
- Lucia** : Priusquam audias, ne respondeas verbum, et in medio sermonum ne adicias loqui.
- Johannes** : Amicus meus irascitur cum vituperetur.
- Lucia** : Moneantur amici non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit. Noli esse amicus homini iracundo neque ambules cum viro furioso.

- Angela** : Aliquando fuerunt rixae in schola inter discipulos.
- Lucia** : Apprehendit auribus canem, qui transiens commiscetur rixae alterius.
- Josephus** : Frequens est maledictio in argumentis et altercationibus et verba offensa volant sicut sagittae et vulnerant.
- Lucia** : Non temere loqui et quasi gladio punga verbis.
Dolor animi gravior est quam dolor corporis.
- Angela** : Responsio mollis frangit iram.
- Lucia** : Sermo durus suscitatur furem; verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos.
- Johannes** : Si esurierit inimicus tuus ?
- Lucia** : Illo cibum da; si sitierit, pota illum:
- Johannes** : Non sum inimicus, sed sitio, funde alterum coffeum. Mihi placet cappuccino.
- Angela** : Mihi sufficit aqua. Quomodo in aqua facies prospicit ad faciem, sic cor hominis ad hominem.
- Josephus** : Si inimico benefacias, eum pudebit; prunas enim congregabis super caput eius.
- Johannes** : Inter nos qui est sapiens et exemplum pro sociis ?
- Angela** : Nescio. Rara avis est.
- Johannes** : Sum candidatus praestantia virtutis?
- Lucia** : Laudet te alienus et non os tuum, extraneus et non labia tua.
- Angela** : Tempus est nunc decessionis.
- Lucia** : Omnia tempus habent sub caelo: tempus flendi et tempus ridendi,
- Josephus** : Tempus plangendi et tempus saltandi,
- Josephus** : Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus,

Angela : Tempus tacendi et tempus loquendi et cantandi.

Vivat academia

Vivant professors

Vivat membrum quodlibet

Vivat membra quaelibet

Semper sint in flore !

Lucia : Vinum et musica laetificant cor, et super utraque dilectio sapientiae.

Johannes : Ubi possum emere sapientiam ?

Josephus : Sumus comites, legamus hos libros sapientiae.

Angela : Volo etiam legere. Magis difficilius est agere sapienter quam legere vel dicere proverbialia.

Lucia : Bene respondisti, Angela. Dona recipietis omnes die nativitatis.

Josephus et Angela : Multas gratias, munificentissima es Lucia.

Johannes : Gratias ago propter illuminationem tuam de sapientia. Salve ! Libri me delectant. Lucia, velim scribas proverbium clarum in autographo meo. (Lucia scribit in autographo ejus...)

Angela : Sed audi horologium. Opportune nos admonet. Discedamus igitur.

Vivat nostra societas,

Vivant studiosi!

Crescat una veritas,

Floreat fraternitas,

Patriae prosperitas.

(velum cadit.)

PHRASES

- Salvae et sanae (f.) veniatis (addressed to women)– You are welcome
- Omnes ad unum – all to one
- Invenisti quod novi? Have you found anything interesting?
- Agitur de – It deals with
- Rara avis est – It is a rare bird.
- Praestnantia virtutis – distinguished virtue
- Si res postulabit – if necessary
- Acu tetigisti – you have hit the nail on the head. You have touched the exact point.

VOCABULARIUM

CONJUNCTIO

Priusquam – before (used with subjunctive to express purpose)

ADVERBIA

Atrociter – cruelly

INDEFINITUM PRONOMEN

Quilibet, quaelibet, quidvis (quodvis) anyone, anything you will

ADJECTIVI

Iucundus, -a, -um – happy

Studiosus, -a, -um – spent in study

Gravis (m.f.) grave – serious Graves (m.f.), gravia (pl.)

Iracundus, -a, um – angry

Furiosus, -a, -um – furious

Offensus, -a, um – offensive

Mollis, -e, *adj.* soft, mild;

Durus, -a, um – hard

Suavis, -e, *adj.* sweet, pleasant;

Mendax, mendacis - lying, mendacious

VERBA

Morior, 3, mortuus sum (dep.) - to die;

Valedicere, – to say goodbye valedico, valedicis, valedixi, valedictum

Porrigere, to stretch out; Porrigo, porrigere, porrexi, -porrectum

Colligere, to be closed with the fist, to gather in the hand; Colligo, collegi, collectum

Statuit – placed Statuere, to place

Statuo, statui, statutum

Offendere, to knock against; Offend, -fendi, fensum

Dissolvere, dissolve; Dissolvo, dissolvis, dissolutum

Dissolvetur - will be dissolved

Fugare , to chase away

Fugo, fugavi, fugatum

Profundere, to pour forth; Profundo, profudi, profusum

Gradior, gradi, gressus sum (dep.) to walk, to step

Laetificare, to make happy; Laetifico, laetificavi, laetificatum

adicere, (ad./iacio) to add to; adicio, adieci, adiectum,

discedere - to depart

discedo, discessi, discessum

reddere - to give back

reddo, , reddidi, redditum

pungere - to stab

pupugi, punctum to prick,

plangere - to strike the breast as a sign of grief;

plango, planxi, planctum

Inclinaris- incline (first person singular dep., present)

excipere, to rescue, to receive; (ex/capio) excipio, excepi, exceptum

Effugere, to escape from, shun; Effugio,effugi,effugitum

Exterere, to rub out

Extero, extrivi, extritum

Contemnere, to despise

Contemno, contempsi, contemptum

obliviscor, 3, oblitus sum, (dep., tr. or intr.) Forget, be forgetful of;

Retribuere, to give back as due

Retibuo, retribuui, retributum

Irasci, irascor, irasceris, to be angry



Vituperare, to blame

Vituperetur (subjunctive, passive)

Florere, to bloom

Floreo, florui

Mitigare, to lessen

Mitigo, mitgavi, mitigatum

Esurierit (perfect subjunctive) he may have been hungry

Sitierit (perfect subjunctive) he may have been thirsty

Potare, to drink

Pota (imperative) – drink

fundere to pour out

Fundo, fudi, fusum

suscito, suscitare to stir up, to arouse

commiscere, to mix together

commisceo, commiscui, commixtum;

amplector, (*dep.*) To embrace, to twine around, (*tr.*) To welcome, embrace; amplecti, amplexus sum,

ridere, to laugh; rideo, risi, risum,

salto, saltare, to dance;

flere, weep; fleo, flevi, fletum,

prospicere, to look forward, to look towards

prospicio, prospexi, prospectum

corripere, to seize violently; corripio, corripui, correptum,

Parcere, to spare

parco, parcis, peperci, parsum

NOMINA

Fovea, foveae (f.) – ditch

facies, faciei, (f.) shape, form, face;

Refectorium, refectorii (n.) – canteen, dining hall

Salutatio – Hello, greeting

Caffeum, caffei (n.) – coffee

Thesaurus, thesauri (m.) treasure

Comparatio, comparationis (f.) comparison

medicamentum, medicamenti, (n.) remedy;

Comes, comitis (m.) – companion

pruna, -ae (f.) – Coal

calor, -oris (m.) warmth, heat.

Iuventus, iuventutis (f.) youth

Senectus, senectutis (f.) – old age

Furor, furoris (m.) – rage, fury, madness

Decessio, decessionis (f.) – departure

Amplexus, amplexus (m,) embrace

Membrum, membri – male student

Proximus, proximi (m.) –neighbor

auris, auris (f.) ear;

Laqueus, laquei, (m.) a snare



Labia, -ae (f.) a lip

Oblivio, oblivionis (f.) forgetfulness

Opera, operum (n.pl.) works

vestigium, vestigii, (n.) track

nubes, nubis, (f.) a cloud;

nebula, nebulae (f.) fog, mist;

radius, radii (m.) rod, a beam of light

Sedes, sedis (f.) seat

Doctrina, doctrinae (f.) – teaching, things to be learned

Presbyter, presbyteri (m.) elder, leader, mentor

Ostium, ostii (n.) – door

Gradus us (m.) – step

Maestitia, -ae (f.) sadness

Rixa, rixae (f.) – quarrel

Altercatio, altercationis (f.) – dispute, fight

Autographum, autographi (n.) autograph

mendacium, mendacii (n.) - a lie

Membra, membrae – female student

vulnus, vulneris (n.)

Gladius, gladii (m.) - a sword;

AGENDA**I. Respondeas:**

- a. Cur laetus est Johannes ?
- b. Quae sunt duae virtutes ornantes juvenes ?
- c. Quid significat “prunas congregabis super caput eius” ?
- d. Quae est contributio senectutis ad juvenes ?
- e. Quae est differentia inter ‘scientiam et sapientiam’ ?
- f. Quae ferunt gaudium perenne in vita ?
- g. Ex quibus discere sapientiam possumus ?
- h. Quis est pater mendacium ?
- i. Quis est rarior albo corvo ?
- j. Quid significat ‘phylarchia’ ?
- k. Quid efficit amor veri ?
- l. Quis habet multos filios secundum Angelam ?
- m. Prius respondeas, quid facere debet ?
- n. Quis dicit ? “Frangit obedientia animi pertinaciam et pueros reddit in omnibus morigeros.”
- o. Qui sunt discipuli et quae sunt discipulae in schola
- p. Quid agunt in scholae refectorio ?
- q. Quis videtur tibi sapiens ?

III. Aequa columnarum sententias.

1. Pater valet recte dei beneficio.	Speak seriously.
2. Rediit die lunae vesperi.	I have some business.
3. Cur illud rogas ?	Have you found something interesting ?
4. Mihi potestas est liberius vivendi.	They wish us to fall into the ditch.
5. Ludo cum tempus vacat.	It deals about wisdom.
6. Aliquid habeo negotii.	I would like to know.
7. Cum bona matris venia in publicum prodeo.	Father is well, thanks to God’s kindness.

8. Quid enim putes ?	I know this well.
9. Volunt nos incidere in foveam.	What do you think ?
10. Invenisti novi	He returned on Monday evening.
11. Agitur de sapientia.	I play during leisure time.
12. Profunde verba gravia	With mother's permission, I go out.
13. Scire tamen velim.	I can live freely.
14. Hanc bene novi.	Why do you ask that ?

IV. Redde Anglice :

- a. Amoris simulatio pejor est odio.
- b. Turpe est aliud loqui, aliud sentire.
- c. Os, quod mentitur, occidit amorem.
- d. Aetas non est aequalis sapientiae.
- e. Beneficii accepti memor esto.
- f. Dolor animi gravior est quam dolor corporis.
- g. Laudet te alienus et non os tuum.
- h. Filius sapiens patrem laetificat.
- i. Honor patrem et matrem.
- j. Qui foveam fodit, incidet in eam.
- k. Omnia tempus habent sub coelo.
- l. Laudet te alienus et non os tuum.
- m. Propria laus sordet.
- n. Rem acu tetigisti.

V. Compleas alteram partem sententiarum :

1. Qui cum sapientibus graditur,
2. qui transiens commiscetur rixae alterius.
3. Quod, in aqua facies prospicit ad faciem,

VI. Verte in singularem numerum :

1. Salvae et sanae veniatis.
2. Sedete et caffaeum bibite.

VII. Redde Latine :

1. A faithful friend is incomparable.
2. A faithful friend is life's remedy.
3. You are kind today.
4. He who finds a faithful friend, finds a treasure.

VIII. Conlige proverbia de sapientia.

Vide et canta :

- a. Victoria University of Wellington - Gaudeamus - Graduation
<https://www.youtube.com/watch?v=UwLYTTex8Jg>
- b. Gaudeamus Igitur
The University of Sydney
<https://www.youtube.com/watch?v=J561C3KWAqU>
- c. Oxford & Gaudeamus Igitur
<https://www.youtube.com/watch?v=cfDoIoxMDHY>

RES GRAMMATICAE

Adverbs of Time	Adverbia Temporis
Yesterday	Heri
Today	hodie
Tomorrow	cras
Now	nunc
Then	tunc
Later	postea
Tonight	hac nocte
right now	nunc ipsum
last night	hesterna nocte
this morning	hodie mane

next week	proximi septem dies
Already	iam
Recently	nuper
Lately	tarde
Soon	cito
Immediately	statim
Still	etiam
Yet	etiamnunc
Ago	abhinc
Adverbs of Place	Adverbia Loci
Here	hic
There	illic
Everywhere	undique
Anywhere	usquam
Nowhere	nusquam
Home	domus
Away	longe
Out	foris
Adverbs of Manner	Adverbia Rationis
Very	valde
Quite	satis
Greatly	valde
Really	vere
Fast	velox
Well	recte

Hard	difficilis
Quickly	velociter
Slowly	sensim
Carefully	diligenter
Hardly	aegre
Barely	vix
Mostly	plerumque
Almost	fere
Absolutely	absolute
Together	una
Alone	unus
Adverbs of Frequency	Adverbia Frequentiae
Always	semper
Frequently	saepe
Usually	solite
Sometimes	interdum
Occasionally	aliquando
Seldom	rare
Rarely	rare
Never	numquam

Activitas Communis

- I. Explica : Gradus ostiorum sapientium exteret pes tuus.
Quoties invisere sapientes debes, semel, bis, ter, saepe ?
- II. Medita : Memor es arborum in urbe invisibilium ?

SELF EVALUATION

1. I am able to express gratitude to the Creator for the created world, work diligently and take care of the earth as a faithful and vigilant trustee.

Completely Partially Not at all

11. I am able to identify the trees in the city by their Latin names.

Completely Partially Not at all

III. Though time may forget my name and none may recall my deeds, I am willing to seek out wisdom and discipline before I leave school.

Completely Partially Not at all

DE AUCTORE:

LECTIO – 7



Vir erat in civitate Assissi, Italia, Franciscus nomine in centuria tertia decima. Inter vanos fuerat hominum filios, juvenili aetate nutritus in vanis et post aliqualem litterarum notitiam, lucrativis mercationum deputatus negotiis. Quamvis effusus ad gaudia, post carnis petulencia abiit; nec inter cupidos mercatores, quamquam intentus ad lucra, speravit in pecunia et thesauris.

UNIT

IV

QUARTA PARS

ROMANI NOBILES

Introductio:

Numa Pompilius et Vespasianus, alter ille religione et justitia pacem inducit in urbem, alter hic bello et aedificatione adjecit imperio provincias. Moderatio et liberalitas delectant populum.

Aeneid poema classicum scriptum a Vergilio narrat de condito Latio a Aenea et prognie sua.

Fines discendi desiderati:

IV.1 Discipulus imperium Vespasiani, expansionem ad provincias redactas, etiam naturam suam discere potest.

Pecunia olet ?

IV.2 Uti verbis 'succedere, adicere, accedere, comparare' dativo cum nominibus casu potest.

IV.3 Discipulus casu dativo uti apte potest.

IV.4 Respondere quaesitis potest.

IV.5 Derivare verba anglica ex Latinis.

Introit:

Narra regum nomina Romae.

U
N
I
T

IV


LECTIO 10

VESPASIANUS ROMAE IMPERATOR

De Lectione:

In omne hominum genus liberalissimus explevit censum senatorium, consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentavit, plurimas per totum orbem civitates terrae motu aut incendio afflictas restituit in melius, ingenia et artes vel maxime fovit. Sola est, in qua merito culpetur, pecuniae cupiditas.

Ceterum neque caede cuiusquam umquam laetatus iustis suppliciis inlacrimavit etiam et ingemuit.



Imperator Vespasianus domus Flaviae ,

Rex nonus

(9 – 79 AD / regnavit 69 – 79 AD)

Vespasianus Vitellio successit factus apud Palaestinam imperator, princeps obscura quidem natus sed optimis comparandus, privata vita illustris, ut qui a Claudio in

Germaniam, deinde in Britanniam missus, tricies et bis cum hoste conflixerit duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vectam, Britanniam proximam, imperio Romano adjecerit. Sub hoc Judaea romano accessit imperio, et Hierosolyma, quae fuit urbs nobilissima Palaestinae. Achaïam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quae liberae ante id tempus fuerant; item Thraciam, Ciliciam, Commagenem, quae sub regibus amicis erant, in provinciarum formam redegit. Diligens tamen coerciter disciplinae militaris, Hic cum Tito filio de Hierosolymis triumphavit.

Romae se in imperio moderatissime gessit, pecuniae tamen avidior fuit, ita ut eam nulli injuste auferret, quam cum omni diligentiae provisione colligeret, tamen studiosissime largiebatur, praecipue indigentibus; nec facile ante eum cujusquem principis vel major est liberalitas comperta .

Cum nonnullae Asiae civitates magnam pecuniam colligerent, quia earum plurimi intererat statuam magni pretii imperatori aedificare, ille, rei commonefactus a suis legatis, principes Asiae arcessivit et quaesivit num basim statuae exstructuri essent et quanti esset. Deinde, manum avide tendens: Basim exstruere – inquit – nullius momenti est, nec vestra nec imperatoris interest. Potius pecuniam mihi date: nam pecunia basis omnium rerum firmissima est.

Reprehendenti filio Tito, quod etiam urinae vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans num odore offenderetur; et illo negante: “Atqui,” inquit, “e lotio est.”

Primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit; praestantis poetas, nec non et artifices, item Colossi refectorem insigni congiario magnaue mercede donavit.

